

Johannes Freder

Epistola Consolatoria Ad Magnificum [et] Ampliſimum Virum Dn. Iacobvm Bordingvm, V. I. D. & Professore in Academia Rostochiensi: Cancellarium Megapolitanum, Serenissimi Regis Daniæ Consiliarium, lugentem obitum charissimæ coniugis Elisabethæ, honestissimæ & optimæ matronæ, laudeq[ue] dignissimæ

Rostochii: Typis Myliandrinis, MDXCIII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1774357240>


Druck Freier  Zugang



Frederus, J.,
in Elisabetham,
uxor. J. Bording.

R. 1593.

*S4
LB FP Bording, Elisabeth 1593*



EPISTOLA
CONSOLATORIA

*Ad Magnificum & Amplissimum
Virum Dn.*

IACOBVM
BORDINGVM,

V. I. D. & Professore in Academia Ro-
stochiensis: Cancellarium Megapoli-
tanum, Serenissimi Regis Daniæ Consiliarium,
lugentem obitum charissimæ conjugis
ELISABETHÆ, honestissimæ &
optimæ matronæ, laudeq;
dignissimæ,


Scripta

à

JOHANNÉ FREDERO.



ROSTOCHII
Typis Myliandrinis Anno 1693



E P I T A P H I V M
ELISABETHÆ
BORDINGIAE,
optimatis matronæ, laudeque
dignissimæ.

IACOBI FRUGALIS APTI, MITISQVE COLVMBÆ
BORDINGI HIC CONIVNX ELISABETHA IACET:
QVAM LVGENT PIETAS, NATIVA MODESTIA, CANDOR,
CVRA DOMVM CVRANS, ET TACITVRNA FIDES.
MENS GENEROSA, PVDOR CASTVS, DILECTIO FLAGRANS,
COR PLACIDVM, PRVDENS LINGVA, BENIGNA MANVS,
PLENVS CHRISTO ANIMVS: LONGI, PATIENTIA, MORBI
VICTRIX, SPES VITÆ FRETA SALVTE NOVE.
HÆC FVIT EGREGII PRÆCLARA CORONA MARITI,
IAM NITET OPTATI PVL CRA CORONA POLI.

*Sanctissime placidissimeq; decessit Anno M. D. XCIII. die Margaritæ
XIII Iulij, anno etatis XLVI, coniugij autem XIX.*



IACOB O BORDINGO
IOHANNES FREDERVS.

S. P. D.

Magnifice Domine Cancellarie, compater & collega obseruande. Grauiſſimâ triſtitia ob coniugis chariſſimæ diſceſſum affecta Magn. Tua ſcio idem euenire, quod multis vel maximi animi viris ſolet euenire, ut in moderando dolore, licet conſtanti fiducia in Deum ſulta, virtutis atq; conſtantia grauitatisq; potiorem quàm accepti vulneris rationem habeat: tamen tum rerum præteritarum partim letarum partim triſtium recordatio: tum præſentis ſolitudinis intuitus, crebrò gemitus & nonnunquam lacrymas M. Tue exprimat. Hæc autem facit animi ſui magnitudine, & grauitate dignum, quòd in iſtis cogitationum fluctibus in Diuinarum conſolationum latiſſimum portum ſe recipit, eaq; ſibi apud animum proponit, ut præclare facit, quæ ex ſacrarum literarum monumentis memoria ſcientiaq; comprehendit. Ego quidem certè cogitationes compatriſ ac animum conſiderans ac mente quaſi pingens ſic mihi perſuadeo. M. Tuam, qua eſt fidei πνευμα, ob uxoris dilectiſſimæ mortem, nullam ſe vehementiſſimi meroris cauſam amplius habere, ſuo etiam ipſius iudicio ſtatuerè: cum ei mors morbida & ſapiſſimè agrotantis vite, non ſolùm finem impoſuerit, verùm

A 2

etiam

etiam ad vitam non morbida nec unquam egrotantis, sed optima, & optime valentis celestiumque bonorum hereditatem ad-
undam iter liberum concesserit. Quam vitam sublimem atque ar-
dua non neque animus ingredi potest, dum in hoc corporis domicilio
detinetur, neque corpus ipsum nisi immortalitate donatum. Di-
uinum verò illud & celeste bonum immortalitas in vitiatam
hominis carnem non cadit; nisi aut morte repurgata & quasi
defecata fuerit, aut miranda illa, et momentanea in aduentu fi-
lij Dei immutatione renouata, ut in Diui Pauli ad Corinthios et
Thessalonicenses epistolis scriptum extat. Quantum igitur lu-
cri est in morte hominis in vera filij Dei agnitione & inuocatio-
ne à vita decedentis? Quam fortunata & omnibus modis
optanda permutatio? fluxa hac & fragili vita (qua mors potius
quam vita est) relicta, eius loco veram perpetuamque vitam æ-
terna lætitia summisque bonis affluentem recipere, et positus tabi-
di corpusculi exuuijs corpore nouo immortalitatisque splendore
ornato indui. Iam quòd tam ex peccati metu et reliquijs libera-
ta, quam mundi contagioso conspectu & Satanae insidijs exem-
pta coniunx, contraque æterna iustitia ornata, Dei intuitu frui-
tur, et in angelorum beatorumque hominum cætu versatur, quanti-
tandem æstimandum censebimus? Quanta denique delecta-
tione hominem in eas oras migrantem affici putabimus? ubi bea-
torum hominum, & quidem eorum, qui sanctimonie & pieta-
tis laude insignes fuerunt, non modò ora cum admiratione in-
tueri

tueri, sed eorum sapientissimis etiam & suavis-
simis sermonibus interesse liceat? Quin etiam tantum momenti harum rerum
considerationem habere existimo, ut neq; quenq; verè piùm, neq;
beatam uxorem, tantopere mortis terrore percussam esse rectè
affirmem, quin libens mortem subire voluerit (sicut huius dile-
ctionis Dei, & desiderij sui illustrem manifestamq; signifi-
cationem dedit, tum crebro aliàs, tum etiam eo ipso tempore, quo
illustriissimi principis & Domini Dn: ULRICI, Ducis Me-
gapolitani &c. Domini nostri clementissimi coniunx Heroïna
ANNA, princeps inclita ipsam decumbentem, honoris et bene-
volentia causa, clementissime inuisere, et optimo Christianiq; spi-
ritus ac efficacis pleno solatio dulcissimè consolari dignata fuit)
modò illa tam iucunda, tam beata, tam sancta celestis Eccle-
sia consuetudine, tranquillitate & gaudijs frui liceat: in quibus
nos perpetuò cum Domino permansuros esse Divina oracula te-
stantur. Quod si omnis in morte sensus extingueretur, & illa
falsò crederemus, quæ nos beatioris ac sempiternæ vitæ spe solan-
tur (de quibus nullum dubitandi locum Divina nobis veritas
relinquit) tamen mors optanda potiùs, quàm deprecanda vide-
retur: ijs præsertim qui inevitabili dolore conflictarentur: cuius in
hoc vitæ mortalis tempore finem nullum fore viderent. Atqui
cum hæc spes nostra omni ambiguitate careat: quippe, quæ tanta
certitudine sancta litera nobis ostendunt, ut de corporum nostro-
rum restitutione & salutis æternæ donatione, velut de re iam

confecta peractaq; Paulus loqui non dubitet, quid est cur aut
ipsi mortem tanquam malum formidemus? aut eos, qui nobis
chari sunt, nobiscum manentes, nostrarum socios afflictionum
esse malimus, quàm aternis bonis gaudere. Ac Magnifi-
centiam quidem tuam clarissime Domine compater, suavissime
animule, quæ ex coniugis corpusculo in cælum euolauit, posse-
sionē iucundissimarum rerum non inuidere, sed potius diuinarum
promissionū fiducia et spe sempiternæ beatitudinis, vincere dolo-
rem, est rectissimum. At illa pars maroris restat, quæ ad M.
T. propriè pertinet, nec mortuam attingit: ipsa scilicet orbitas &
dulcissime fidissimaq; sociæ desitutio: quæ quidem etiam leuata
nonnihil summa acerbitate aestuæ, recurrens subinde animum
etiam repugnantem & penè obfirmatum occulto atq; impromiso
ictu nonnunquam sauciare solet. In ea quoq; lentenda pluri-
mum M. T. profecisse communis hominum conditionis recor-
datione, arbitror, quòd ea lege, tum uxores & amici fidissimi,
tum valetudo ac cætera bona, Dei munere, nobis concessa sunt:
ut eorum possessione, eodem, qui dedit, repetente, cedere non re-
cusemus. Quæ fortune vicissitudo eò tolerabilior esse debet: quòd
data bona non aut maleuolentia quadam nobis pater optimus
inuideat, aut precipiti ira commotus fidelibus eripiat, sed ut tum
alios motus pios, tum eternorum bonorum desiderium in nobis
accendat: ad quæ comparanda adipiscendaq; tum vel maximè
impellimur, cum ijs rebus, quas in hac vita habuimus cha-
carissi-

riſſimas, Deus pro ſuo conſilio nos exiit. Atq; hoc quidem in
genere non dubito, quin M. Tua in eam cogitationem ſepe de-
ueniat: Deum peculiari quadam via in hoc caſu progreſſum
eſſe: quòd incurabilem & deſperatum morbum uxori immiſit:
qui illam non repente fregit; ſed paulatim ſic debilitauit, ut
tandem viribus planè exhauiſtis, & ipſam vita afflicta ſatieta-
te afficeret, & M. T. ad migrationem eius lenius & leuius ſe-
rendam præpararet. Fuit optimo coniugi fateor acerbiſſimo, iſto ſua-
uiſſimam coniugem morbo tam diu laborare, & de die in diem
magis magis q̄, attenuari, cuius haud dubiè ſenſus animum M.
T. non mediocriter pepulit: ſed tamen haud ſcio, an non iſta
ſeiunctio grauior vtriq; veſtrum accidiffet, ſi breui aliquo paro-
xyſmo eodemq; peracuto et vehementiſſimo, omni opinione citius
ſublata ex hac vita fuiſſet. Eiuſmodi & id genus multis cogita-
tionibus quoniam durante morbo beata uxoris, ſic compatrem
confirmatum eſſe iudico, ut afflictum illum domus ſue ſta-
tum placato animo tam ferret, eodem etiam remedio, iam poſt
ſupremum vite eius diem, in depellendo dolore vti, utile eſt & o-
pera precium: ut quicquid in hac domeſtica calamitate aduerſi
accidit M. T. et quidè abſenti, id omne ab optimo clementiſſimi
patris animo proſectum eſſe, & commodè tandem feliciterq; e-
uenire, ſit ſtatuendum. Quamobrem etſi quæ ſcripſi non eò per-
tinent, quòd aut M. Tuam conſolatione mea egere, aut me po-
tiſſimum ad eandem conſolandam idoneum eſſe iudicem, tamen
his

his de rebus pro amicitia nostra & benevolentia mutua colloqui
supra deas & officij causa visum est: ut & observantia in
compatrem mea, & ei, quem mihi hac orbitas affert, dolori in-
feruere. Deum patrem Domini nostri Iesu Christi precor,
ut efficaci ac vna consolatione paraleti sui sustentet & inui-
cto animi robore M. Tuam confirmet: Quam bene & fe-
liciter viuere & florere diutissime, ex animo opto. Epi-
cedion & Epitaphium ita scripsi, ut & T. M.
& alijs, quibus probari debeant, probentur.
Dat. Rostochij, XV Cal. Augusti,
Anno cl^o Io XCIII.



EPI-

EPICEDIVM.



Rgo piâ fortiq; vides BORDIN-
GÉ ferendum

Mente tibi fatû coniugis esse tua,
BORDINGE egregij decus &
laus ardua patris,

Et, generosa fuit qua rosa, matris
Qualis adest, homines fortunâ ferre necesse est, (honus.

Qui moderatus erit, luctus honestus erit.

Gloria virtutis non ob violanda dolorem.

Non gravitas, non est abijcienda fides,
Est duplicare malum, nimis indulgere dolori:

Cum data vita fuit, mors quoq; certa fuit.

Vita sciente DEO venit atq; volente: recedit

Vita sciente DEO, vita volente DEO.

Quod facit, omne bono facit & sapiente Creator

Consilio: alma DEI est, mira potensq; manus.

Cura Machaonia fuit, at non profuit, artis

Non neglecta: DEVS cum vocat, ire inuat.

Nec pietas potuit, casti nec fama pudoris,

Nec morum, lethi vim cohibere, decus.

Fulget


Nec bonitas animi, nec præcellentia mentis,
Pectora quin ipsa candidiora niue.
Fulget Sara typus nurium, exemplumq; Rebecca
Fidentium CHRISTO, quo sine nulla salus.
Talis erat coniunx tua (qua velut altera fulsit
ASNATHA, qua lenis, sobria, munda fuit.)
ELISABETHa gerens & verum nomen & omen:
Gaudia, amor, requies, ELISABETHa DEI.
Arctoo genitor nituit BVRENIVSorbi,
Vrbis honos Rosa lux columenq; Scholæ.
Mater honesta fuit sexus SRODERia lumen,
Laus stirpis, thalami vita, corona domus.
Stirpis honestati decus addit nobile virtus,
Virtus summa pio corde timere DEVM:
Sic ut vera fides, constans patientia palmam
Obtineant partem sanguine CHRISTE tuo.
Sancta anima o salve tali redimita trophæo:
Non morbus, non mors amplius vlla super.
CHRISTus vita mori iam nescit, nostra resurgens
Summo vita die nescia mortis erit.
Nos licet hoc omnes iubeamur cedere mundo,
Quando volunt, alijs & dare, fata, locum,


Non

*Non morimur, quamuis moriamur, vivimus omni
Victuriq³ die te duce CHRISTE sumus.
Compater hac, prabent tibi qua solamina, nosti,
Te diuina sacri numinis aura regat:
Vt perferre queas, qua te perferre iuuabit.
Nam tibi iam luctus, postmodo fructus erit.*

F I N I S.









Nec bonitas animi, nec praecllentia mentis,
Pectora quin ipsa candidiora niue.
Sed et Sara typus nuruum, exemplumq; Rebecca
Identum CHRISTO, quo sine nulla salus.
at coniunx tua (qua velut altera fulsit
MATHA, qua lenis, sobria, munda fuit.)
Ethagerens & verum nomen & omen:
mor, requies, ELISABETHA DEI.
nituit BVRENIVS orbi,
Sealux columenq; Schola.
Sexus SRODERia lumen,
mi vita, corona domus.
dit nobile virtus,
timere DEVM:
ientia palmam
CHRISTE tuo.
a trophaeo:
ulla super.
aresurgens
Summo vita die nesciam
Nos licet hoc omnes iubeamus
Quando volunt, alijs & dar.



Non